Già la navigazione, e il portare le cose, di cui manchiamo, e quelle, di cui abbondiamo, trasportare, non è tenuto da meno; anzi fors'anco è da più; per non far in presente menzione nè dello scavar miniere, nè del tagliar marmi, nè dello edificar case, nè dello aprir porti, nè del munire città, a rintuzzare le scorrerie de' nemici e le guerre; o già rese di generosi abitator popolose, del presidiarle di sagge instituzioni, di utilissime arti, di santissime leggi. Per li quali benefizii discorre una certa maravigliosa mansuetudine di animi, e un'amabile civiltà, e fra tante genti diverse di usanze e di costumi tale si stabilisce un'amorevol concordia, che niente di più assicurato, niente di più onorato dee parere, che la vita degli uomini Bello non meno è il vèdere, come in comune e' recano a scambio, secondo che viene in acconcio, gli agi e le facoltà, e le cose tutte di guisa, che niuna, la quale pur esista e dovunque si truovi, possa mai venir manco, se prima non vegnam manco noi a noi stessi. Ma finalmente, per non vagar col discorso fuor de' giusti confini, nulla v' ha nè di onorato, nè di grande, nè di magnanimo, al cui acquisto e preservazione non sia necessaria la fatica, lo studio, e l'industria; nè al tutto v' ha impresa così difficultosa e intralciata, la quale con la meditazione, e con l' opera pro-

honestissimo fine claudatur. Contra vero quae turpia sunt abiectaque et obscura, non laborem, non industriam, non studium requirunt, et turpissimos exitus semper sortiuntur. Proinde si cui nondum liquet, quantum mortalibus est usui labor et industria, is secum ipse cogitet quantum eisdem mali otiosa desidia semper intulerit. Nam cum nihil aliud credatur esse otium, quam ignava quaedam cessantis ac desidentis animi segnities, facile deprehendet tetra ista peste animum simul et corpus non emolliri tantum ac solvi, sed multis ac gravibus morbis affici. Primum enim ex otio nascitur vulgaris ac prope ferinus amor ille, qui animos hominum tam vehementer affligit, ut nullum maius tormentum excogitari posse videatur. Nam cum vel unica perturbatione satis ac super animus aegrotet, amor hic omnes prope simul ingerit.

Qui enim sunt semel illo contacti atque perculsi, hi nunc inani spe ac cupiditate solliciti cruciantur, nunc deiecti repentino ac prope degeneri timore torquentur, nunc in-

speramente non ceda, nè ad orrevole fine pervenga. Quelle cose all'incontro, che sono turpi ed abbiette ed oscure, non domandano fatica, non sollecitudine, non industria, ma poi arrivano sempre a termine ignominioso. Che se a taluno non è ancora ben manifesto, quanto agli uomini importi la fatica, e l'industria, volga egli almeno tra sè quanti, e quai mali meni sempre con seco la neghittosa infingardaggine. Imperciocchè sol ch'ei creda null'altro esser l'ozio, che una certa codarda stupidezza di un animo scioperato e infingardo, comprenderà di leggeri, che questa abbominevole peste l'animo e il corpo non solo frange ed abbatte, ma che eziandio di molte e gravi malattie lo travaglia ed affligge. Mercè che dall' ozio nasce primieramente quell'amor volgare, e quasi da bruto, il quale tanto impetuosamente infierisce nell' animo umano, che strazio maggiore sembra non potersi immaginare. Se l'animo infatti per infermare n'ha di soperchio una comechè sola perturbazione, questo amore tutte quasi ad un colpo te le avventa.

E di vero coloro, i quali una volta ne son tocchi e percossi, or trambasciano affannosi di vana speranza e cupidigia, or abbattuti da improvvisa e quasi pusillanima tema aggiacciano, ora esaltati da giubilo intemperante in-

temperanti laetitia dissoluti efferuntur, nunc intollerabili moerore ac dolore confecti contrahuntur. Universa certe, quae in hominum vita maxima extimantur mala, in amore esse boni. Poetae praedicant; aerumnam, bellum, inimicitias, iniurias, stultitiam atque insaniam, audaciam atque temeritatem, dispendium atque inopiam; quibus malis plerique amantes agitati, ita nunc in suum, nunc in alienum exitium feruntur, ut vere dictum sit, nihil esse in terris amantium vita durius, nihil denique, quod, si modo sapias, non esse potius velis. In corpus autem nescias an aliunde vel plures vel graviores ingruant morbi, quam ex isto torpente otio atque ignavia. Hinc enim (si medicis credimus) apoplexia, paralysis, et epilepsis, hinc tremor, et tussis, et sopor ille, qui ab ipsis κάρος dicitur. Hinc amentia, lethargus et oblivio; hinc illi fere omnes, qui sanctiores animae facultates, praesertimque ratiocinationem, memoriam et imaginationem vel infirmare vel abolere consueverunt. Corpora denique segnitie et otio languescere et infirmiora reddi non in singulis modo hominibus, sed in magnis exercitibus, et populosis urbibus, atque nationibus saepe deprehen-

fuocano, ora oppressi da intollerabile tristezza e dolore sfiniscono. Tutti al certo que' mali, che nella vita degli uomini son reputati i maggiori, si trovano, siccome van dicendo i saggi Poeti, nell'amore; ivi le ambasce, le guerre, le inimicizie, le ingiurie, la stoltezza, la follia, l'audacia e la temerità; ivi la prodigalità e l'avarizia, da' quali morbi parecchi amanti invasati corrono in guisa, or nella propria, or nell'altrui rùina, da tener veritiero quel detto: non essere cosa quaggiù più crudele della vita degli amanti, nè condizione, la quale, se ti rimane pur senno, non vorresti anteporre. E nel corpo medesimo io non saprei se d'altronde, che da questo torpid' ozio ed accidia, più o più gravi ripiombino le malattie. Di qua, se a'Medicanti crediamo, l'apoplesia, la paralisi, e l'epilessia; di qua il tremore, e la tosse, e quel sopore, che da loro è Caros chiamato; di qua la mentecattaggine, il letargo e la smemoratezza; di qua tutti quasi que' morbi, che le più sante facoltà dell'anima, e singolarmente il raziocinio, la memoria, e l'immaginazione sogliono o fiaccare o distruggere. Nè finalmente agli uomini soli interviene, che i loro corpi illangnidiscano ed ammorbino per l'accidia e per l'ozio; ma spesse volte è tocco lo stesso a grandi eserciti, e a città po-

sum est. Secundo certe bello punico formidabilis ille toti Italiae Carthaginiensium exercitus, quamdiu militarem disciplinam et laborem pertulit, continuatis subinde victoriis, et romanae gentis robur attrivit, et nominis sui gloriam toto simul orbe diffudit: testis Trebia romano sanguine purpureus: testis post Trebiam Trasimenus: testis romanae nobilitatis sepulcrum Cannae. At idem ille exercitus, late fuso hoste, iam securus, et otio blandiente corruptus eos statim timere coepit ac fugere, quos ante fugarat ac fuderat; nec ea tantum, quam aliquot annis vastarat ac possederat, Italia cessit, sed in Africam revocatus ac pristinae virtutis oblitus, certantem prius cum Romanis de totius orbis imperio Carthaginem in conspectu ac prope sub ipsis oculis hosti diripiendam reliquit. Contra, Romanorum exercitus per otium ac inertiam corruptus, et a Iugurtha saepe devictus, postquam Metelli et Marii opera ad labores et industriam retractus est, multas et praeclaras victorias, ac mox etiam, capto Iugurtha, triumphum est consequutus. Quod ipsum alio in exercitu ad Numantiam, sublato otio, et industria militari redintegrata, Scipionis labor et cura non ita

polose, e a nazioni. Nella seconda guerra punica in fatti quell'oste de' Cartaginesi formidabile a tutta Italia, fino a tanto che osservò la militar disciplina e la fatica sostenne, e sconfisse per via di continovate vittorie il nerbo del popol romano, e la gloria del proprio nome ampiamente per tutto il mondo diffuse. La Trebbia il dica di romano sangue vermiglia; dopo la Trebbia dicalo il Trasimeno, e Canne il ripeta, quel sepolcro della romana nobiltà. Ma quello esercito stesso, sbaragliato per ogni dove il nimico, omai securo, e dal molle ozio corrotto, si diè tosto in sul temere e fuggire que' che poc'anzi avea intimorito e fugato; e non pure sgomberò quell'Italia, che per alcuni anni avea posseduto, e devastato; ma richiamato nell'Africa, e immemore del prisco valore lasciò quella Cartagine già pria gareggiante coi Romani dell'impero del mondo. lasciò, dico, nella sua presenza, e quasi sotto gli stessi occhi suoi facile preda al nemico. Così le squadre romane, dall'ozio e dall'inerzia corrotte, furono da prima sconfitte per Giugurta; ma dappoichè vennero per opra di Metello e di Mario ricondotte alla fatica e all'industria, molte riportarono ed illustri vittorie, e, preso per infino Giugurta, anche il trionfo. Nè altrimenti in altro esercito sotto Numanzia, tol-

multo ante perfecerat. Gentes vero, quae nimis blando ac clementi regionum et coeli tractu per otium desidiamque nutriuntur, imbelles ac prope inutiles ad omnia videmus. Cuius rei fidem etsi abunde facere potest Asia, et totus prope Oriens modico negotio a patre Libero primum, mox ab Alexandro macedone devictus, incognitus tamen veteribus iste continens, et quasi alius terrarum orbis ad Austrum et Occasum Hispanorum classe atque armis nostra aetate detectus, et ad commercia nostra provocatus, apertiora in dies documenta exhibet. Mirum enim est quam multa otiosorum hominum millia, quot reges, quot dynastas exigua manus industriorum militum devicerit, quot et quam late patentes regiones semper vincendo sit pervagata, et regna, incognitis nobis animantibus, incognitis frugibus et arboribus exuberantia, metallisque auri et argenti venis late fluentia, in regum suorum ditionem redegerit, et eorum nomine hodieque ita possideat, ut paucissimi (quod incredibile multis videri potest) tam procul a suis, lingua, moribus et cultu corporis a subiectis distantes, ob hoc unum, quod industrii sunt et laboris patientes, imperent. Infinita hominum mil-

to l' ozio di mezzo, e la industria militare reintegrata, avea molto innanzi la fatica e lo studio di Scipione operato. Quelle nazioni poi, che una troppo soave e clemente natura di suolo e di cielo lascia nudrire nell'ozio e nella mollezza, vi rimangono imbelli, e a cosa del mondo quasi non atte. E benchè amplissima fede ce ne possa far l'Asia, e quasi tutto l'Oriente, prima dal padre Lieo, poscia dal macedone Alessandro con leggier fatica soggiogato, quel nondimeno agli antichi ignoto continente, e quasi altro mondo a' nostri tempi scoperto all'Austro e all'Occaso con le flotte e con le armi di Spagna, e alla nostra fratellanza invitato, ce ne porge le pruove ogni dì più manifeste. Oh quante, mirabil cosa a narrarsi, oh quante migliaia d'uomini oziosi, quanti re, quanti principi, uno scarso drappello non soggiogò d'industri soldati! oh quante, e oh quanto immensurabili regioni non pellegrinò vincendo mai sempre, e quanti regni a ribocco fecondi di animali a noi sconosciuti, di sconosciute arbori e biade, e scorrenti ampie vene d'oro e d'argento non sottomise alla signoria de' proprii monarchi! Nè ciò solo, ma oggidì ancora quelle terre a loro nome in tal modo possede, che pochissimi (cosa che a molti parrà non credibile) tanto discosti dalla patria, e tanto differenti da' soggio-

lia in patria sua, cum moribus cultuque et sermone consentiant, propter hoc tantum, quod otiosi ac desides sunt, servire cogantur, ut divinus videatur eximius ille Vates, qui iampridem cecinit:

Otium reges simul et beatas
Perdidit urbes.

Quid non ipsa rerum natura suo quodam modo clamat, et universa simul elementa demonstrant, quam damnosum quamque letale sit otium? Aer quippe, ubi arcto aliquo et nullum spiraculum habente loco, quasi per otium atque inertiam, diu sine motu et agitatione desedit, fieri solet pestilens et letifer. Aqua, sicubi adeo pigra stagnavit, ut neque fluat, neque vento aut aliquo alio pulsu agitetur, facile corrumpitur atque putrescit. Terra, quae neque aratro scinditur, nec ligone versatur, nec rastris pectitur, vel sterilescit, vel sentes ac nocentes herbas procreat. Flamma, ubi opprimitur, et moveri non potest, extinguitur, et lux ac splendor in fumum atque caliginem vertitur. Contra vero, qui agitatur ignis, magis magisque accenditur, augetur ac lucem late fundit. Terra, quae praescinditur et frequenti sulco

gati nel linguaggio, ne' costumi e nelle fogge, sol perchè industriosi e della fatica sopportevoli, bastino a signoreggiare; e che infinite migliaia nella propria patria, nelle fogge indifferenti, ne' costumi, e nel linguaggio, sol perchè oziosi ed infingardi, sieno a servire costretti. Chiarissima esperienza, che divino dee farci apparire quell' esimio Poeta, il quale già un tempo cantò:

Regi e Città fiorenti ozio vil spense.

Ma che? forse la natura stessa delle cose non ci ripete in sua favella, e tutti insieme non ci mostrano gli elementi, quanto dannoso e quanto funesto sia l'ozio? Con ciò sia che l'aere, se quasi per inerzia e oziosità lungamente in angusto e chiuso loco sen giace, senza moto e senza agitazione, soglia ammorbare od uccidere. L'acqua che pigra in alcun sito stagnò sì, che nè discorra, nè sia da vento, ed altro impulso commossa, in breve corrompesi e imputridisce. La terra, che nè fende l'aratro, nè la zappa rivolve, nè frange il rastro, o isterilisce, o sol pruni ed erbe nocive produce. La fiamma, dove sia oppressa, nè muover si possa, s'estingue, e la luce e lo splendore convertesi in fumo e in caligine. Ma il fuoco d' altra parte, che viene agitato, sempre più si accende, si estolle, e la sua luce largamente diffonde. La terra, che si squarcia, e che per fre-

iteratur, ipso laeta cultu nitescit, et largo frugum proventu exuberat. Aqua, quo citatius labitur aut vehementius agitatur, eo non tantum limpidior, sed et salubrior esse deprehenditur. Aeris vero nebulas et noxiam caliginem ventus dissipat, ac serenitatem tum aspectibus iucundam, tum corporibus salubrem reducit. Sed quid ego in iis, quae sunt inferiora et minus clara, diutius immoror? Clarissima illa mundi lumina; Sol ambitu suo annum metiens ac tempora distinguens, gratissimamque istam lucem mortalibus indulgens, nullum otium, nullam quietem novit, sed labore non intermisso ita progreditur, ut nunquam retro cedat. Luna, fraterni luminis perpetua mutuatrix et noctium custos, tam continenti ac citato semper cursu fertur, ut paucis diebus a Capricorno ad Cancrum, et inde rursus ad eum unde discederat locum revertens, ambitum suum perficiat. Sed ne aliae quidem, quae dicuntur errantes, stellae unquam aut desident, aut saltem conquiescunt. Quin Coelum quoque ipsum, quo post Deum nihil est aut speciosius aut maius, una cum suis illis aeternis et, ut creditur, adfixis ignibus, et illustribus ornamentis ab ortu in occasum rapidissimo

quenti solchi rinovasi, lieta della sua stessa cultura, si mostra ridente e rigogliosa di abbondevol ricolta. L' acqua, quanto più rapida sfugge, e più veementemente è agitata, si sa che non solo più limpida, ma più salubre diventa. Dissipa il vento le nubi dell'aria, e le perniziose nebbie, e la serenità riconduce, cotanto agli occhi gioconda, e alla sanità nostra giovevole. Ma che vado io in siffatte cose di quaggiù, e di minor conto così di soverchio indugiando? Que'chiarissimi luminari del mondo, il Sole, io dico, il quale con l'ambito suo l'anno misurando, e i tempi distinguendo, e cotesta sì cara luce dispensando a'mortali, non che ozio, tregua non conosce, ma con moto non mai interrotto così alacremente procede, che mai non dà indietro: e la Luna, sempre dal fraterno lume dipinta, e delle notti regina, è trasportata mai sempre da sì continuo corso e veloce, che in brevi dì dal Capricorno al Cancro, e poscia da quello a questo tornando il suo giro fornisce. Ma neppur le altre stelle, ch'erranti si chiamano, o impigriscono, o pigliano almeno riposo. Che più? anche il Cielo medesimo, del quale non abbiamo dopo Dio cosa più vaga o più grande, volge sempre rapidissimo con quegli eterni, e, come si crede, fissi suoi fuochi, e illustri ornamenti dall'Orto

semper motu volvitur, atque ideo etiam a quibusdam tam pulcher ac admirabilis existimatur. Denique inerti otio ac desidia universa corrumpuntur, et quasi situ quodam ac rubigine consumuntur. Vidit hoc antiquissimus Aegyptiorum rex Amasis, qui praefectis regionum rationem vitae ab incolis stato tempore reddi iussit, adiecta capitali poena iis, qui laudabilem reddere non possent. Viderunt magistri gentium Athenienses, apud quos id ipsum Draco et Solon lata lege sanxerunt, cui legi religiose paruit Cleanthes ille stoicus, qui hauriendae ac vendendae per noctem aquae invigilavit, ut quaesito in die victu philosophiae interdiu operam daret. Vidit Demosthenes, qui summis laboribus honestas disciplinas et bene dicendi artem didicit, ut Atheniensi populo quae utilia ac honesta erant, facilius persuadere posset, atque idem nullos pro patria labores suscipere, nullum adire periculum recusavit; ideoque magnis Dionysiis in theatro laudari, et coronam publico decreto meruit. Vidit apud nos eloquentiae parens, Cicero, qui tota adolescentia honestis artibus insudavit, et mox defendendis

all' Occaso, e questo suo moto è da taluni riputato di tanta bellezza e meraviglia cagione. Tutte in somma dalla pigrezza dell' ozio e dell'accidia si corrompon le cose, e quasi ammuffate e irrugginite consumansi. Questo già vide quell'Amasi antichissimo re degli Egizj, il quale voleva, che ad ogni determinata stagione gli abitanti delle provincie rendessero conto de' portamenti de' loro prefetti, e dannava nel capo coloro, che laude riportare non ne potevano. Videro questo gli Ateniesi, que' maestri de' popoli, presso i quali e Dracone e Solone la medesima cosa con publica legge stanziarono; cui rigorosamente obbedì Cleante lo stoico, il quale ad attignere e a vendere acqua vegghiava la notte, affinchè, procacciatosi di dì in dì il vitto, potesse poi dar opera il giorno alla filosofia. Demostene il vide, il quale con gravi stenti apprese le oneste discipline, e l'arte dell' aringare, a fine di potere al popolo ateniese le utili e le oneste cose più agevolmente persuadere, e con doppio merito non si schermì poi per la patria nè da fatiche, nè da pericoli, a tal che riportò nel teatro da' magni Dionisii gli applausi, e dal pubblico decreto la corona. E questo pur vide tra noi quel padre dell' eloquenza, Cicerone, che nell'arti oneste sudò giovinetto,

civibus tota vita laboravit. Consul vero a perditissimis hominibus intentatum, et iam iam imminens patriae excidium tot vigiliis, tot laboribus, tanto pro patria salutis periculo, procul avertit, ut in civitate libera publico senatus consulto Pater patriae vocari mereretur. Dies me deficiet, si vel minimam eorum exemplorum, quae historia suppeditat, partem referre tentavero, ac vereor ne haec ipsa, quae retulimus, nimis multa videantur; cum praesertim Vates eximii, quos ad humanum genus instituendum Dii immortales suo spiritu repleverunt, cum Epicarmo ita consentiant, ut rem plane manifestam faciant. Nam quod ille ait, Deos hominibus omnia labore vendere, hoc apud nos Horatius aliis quidem verbis eodem sensu extulit, quasi de sublimi aliqua specula nobis inclamans:

Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Et Virgilius non minus vere, quam eleganter ait:

Labor omnia vincit
Improbus, et duris urgens in rebus egestas.

e tutta la vita passò faticando nella difesa de' cittadini. E quando fu Console, dall' eccidio per uomini perdutissimi macchinato, e già già sovrastante salvò con tante vigilie, con tanti stenti, e con tanto pericolo di sua salute la patria, che della patria Padre fu a gran ragione appellato. Ma il tempo mi verria manco, se una benchè minima parte io tentassi riferire di quegli esempi, che ci presenta la storia; ch'anzi io temo non paiano quegli stessi, che ho riportato, soverchi, se già i santi Poeti, che ad ammaestramento dell'uman genere furono dagl' Iddii immortali del loro spirito accesi, non s'accordassero di maniera con Epicarmo, da rendere al tutto chiara e manifesta la cosa. Conciossiachè, com'egli disse, che gli Dei vendono all'uomo tutte cose per la fatica; così Orazio appo noi, con altre parole bensì, ma sonanti il medesimo, ci gridò quasi da eccelsa torre:

Senza lungo stento
Mai nulla ad uom vita mortal concede.

E Virgilio tanto veritiero, quanto elegante cantò:

Tutto
L' ostinata fatica, e la spronante
Nelle dure vicende inopia vince.

Quin et Sophocles ille tragicorum princeps, laborem gloriae patrem vulgo existimari, dicit. Sed Apollinis quoque Milesii vetus oraculum graeco versu comprehensum circumfertur, qui declarat, Nullum mortalibus opus magnificum sine labore contingere. Et alius eiusdem daemonis aliquanto notius adhuc extat, quo laborem atque exercitationem mortalium omnium esse opificem praedicat.

Quamobrem cum nobis et ratio certa demonstret, et aptissima rerum naturalium similitudo probet, et sapientissimae hominum leges ostendant, et veterum exempla indicent, et testimonia tam divina quam humana declarent, labore et industria opus esse ad omnia, quae vel honesta, vel utilia sunt, comparanda; cumque ad intelligendum prius, quam ad faciendum nasci nos intelligamus, summa omnes ope niti decet, ac vos in primis, nobilissimi Adolescentes, ut, adhibito diligenti studio et industria, honestas et generis vestri nobilitate dignas artes ac scientias imbibatis; quod non aliter continget, quam si latinae et graecae linguae intelligentiam, puritatem atque elegantiam complectamini; ut inde quasi ex

Che anzi Sofocle stesso, quel principe de' tragici, afferma, essere la fatica comunemente riputata madre della gloria. Un antico oracolo inoltre di Apollo Milesio, in un greco verso compreso, va eziandio per le bocche degli uomini, il quale sentenzia, Che niuna magnifica opra ponno gli uomini senza la fatica sperare. E un altro pur havvene della Deità stessa alquanto più noto, con cui va dicendo, che la fatica e l'esercizio è degli uomini tutti, come a dir, facitore.

Con ciò sia dunque che una infallibil ragione ci dimostri, ed una perfetta somiglianza delle cose naturali ci pruovi, e sapientissime leggi d'uomini c'insegnino, ed esempi di antichi ci additino, e testimonianze così divine che umane ci chiariscano, essere al procacciamento di tutte le cose, che utili sono ed oneste, necessaria la fatica e l'industria; ed avendo compreso esser noi prima nati all'intendere, all'operare di poi, convien che tutti a tutt'uomo, e voi principalmente vi sforziate, o nobilissimi Giovinetti, di addottrinarvi con intenso studio ed industria nelle arti e nelle scienze, degne della nobiltà del vostro lignaggio; nè questo mai conseguirete, che addomesticandovi nell'intelligenza, purità, ed eleganza della greca lingua e della latina, affinchè attignendo da

vivis fontibus tum sapientum praecepta, tum magnorum virorum exempla haurientes, pariter et ingenia excolatis, et vitam ad eam rationis normam dirigatis, ut vobis ipsis, ut agnatis, ut patriae ornamento esse possitis, civilemque hanc peregrinantium felicitatem, vel umbram potius felicitatis ita consequamini, ut ad veram illam et solidam, quae nobis in vera et semper mansura patria promittitur, perveniatis.

quelle, quasi da vive sorgenti, non meno i precetti de' savii, che gli esempi de' grandi uomini, possiate ad un tempo e l' ingegno erudire, e informare su quella regola e norma la vita; per esser poi d' ornamento a voi stessi, a' vostri, alla patria; e questa felicità, od ombra più tosto di felicità, nel presente pellegrinaggio conseguire; che poscia a quella vera e stabile, la quale in vera e immutabile patria ci viene promessa, poggiare possiate.

ANNOTAZIONE

Nel 1826. per le Nozze della signora Co. Elena Vendramin Calergi col signor Co. Andrea Valmarana fu stampata qui in Venezia un'altra Orazione latina di Giovita Rapicio sopra la *Imitazione de' Maggiori*, col volgarizzamento fattone parimente da Giovambatista Gaspari il quale allora ponendovi innanzi alcune brevi notizie intorno il detto Rapicio, e quella Orazione, accenna in esse anche questa, che ora vien pubblicata.